



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Brevis Expositio Propositionum Damnatarum

Didacus <ab Aragonia>

Venetiis, 1728

Jejunium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42653

Resp. Negativè; quia id expressè prohibetur in decreto Alexandri VII. damnantis propos. 35. ratio est, quia onus recitandi horas est affixum diei, non quatenus quolibet die debeat recitari matutinum, & laudes cum possit hodie recitari duplex matutinum, alterum manè pro die hodierno, alterum vespere pro die crastino, sed dicitur onus affixum diei, quatenus prò quolibet die officium recitari debet; ergo sicut dies duplex non potest esse unus, ita pro duplice die non potest unus, idemque officium recitari.

J E J U N I U M.

314. **Q**Uæritur. An frangens jejuniū Ecclesiasticum, ad quod teneatur, peccet mortaliter, si illud non frangat ex inobedientia, vel contemptu præcepti?

Resp. Peccare mortaliter, ut constat ex propos. 23. interdamnatas ab Alessandro VII. ratio est, quia ex firma persuasione fideles possunt, ad iejunia Ecclesiastica se graviter obligari, adeo ut à puerō, discendo catechismum, quilibet apprehendat, omnia quinque præcepta Ecclesiæ esse graviter obligatoria, & eorum transgressio nem esse culpam mortalem, tum etiam quia universim lex canonica, quæ ordinatur ad animarum salutem, obligat semper sub mortali, si contineat materiam gravem ad bonum animarum conducentem, sed lex canonica præcipiens jejuniū (idemque dictas de lege precidente observantiam festorum, ut patet ex propos. 52. interdamnatas ab Innoc. XI.) continet materiam gravem, & maximè ad bonum animum conduit.

cif 2

cit, ergo obligat in consciencia graviter, adeo ut earum transgressio sit mortalis.

315. Quæritur. Quot concurrant ad substantiam jejunii Ecclesiastici?

Resp. Duo 1. unica comedio, seu abstinentia à secunda refectione (quamvis e^z indulgentia Ecclesiæ, & consuetudine legitima praxis sit ferotina collatiuncula) 2. abstinentia à carnis, & ceteris, quæ fermentinam originem à carnis trahunt, ut caseo, lacte, & ovis &c.

316. Quæritur. An mortaliter peccet, qui sine causa refectionem in die jejunii notabiliter anticipat?

Resp. Peccare solum venialiter, ratio est, quia per anticipationem prandii non violatur substantia, sed circumstantia precepti, quæ est tantum accidentalis, ideoque, si rationabili causa fiat, nullum peccatum erit, idem dicendum desumente collatiunculam circa meridiem, & cenam in noctem, seu ad vesperam differente.

317. Quæritur. An frangat jejunium, qui dispensatus ad edendas carnes pluries in die comedit?

Resp. Vel ei licentiam comedendi carnes conceditur ob debilitatem naturæ, & quia indiget frequentiori refectione, quam unica ad reficiendas vires; vel quia sibi alii cibi nocent, cum alioquin sit fortis viribus, & sanus: in primo casu à jejunio excusatur, non vero in secundo; ratio est, quia jejunium duo precepta distincta includit, alterum de abstinentia à multiplici refectione, & alterum de abstinentia à carnis, & cibis vetitis, quæ sunt separabilis, ut patet in diebus dominicis, cessante precepto jejunii durat illud abstinentię à carnis,

nibus, caseo, ovis lacte &c. SS D. N. Clementi XI. nunc feliciter Regnanti placuit, sententiam hanc Rome in proxim deduci; quapropter violantes jejunium comedendo carnes, & multipliciter se reficientes in die, duo peccata specie distincta committunt, & toties mortaliter peccant, quoties sine legitima causa die interdisto carnes, vel alios cibos prohibitos comedunt, nisi materiae parvitas eos excuset.

316. Quæritur. An ignorans esse diem jejunii, si manefusaat jentaculum, & postea advertat urgere preceptum jejunii, teneatur jejunare?

Resp. Affirmative, nam aut sumptum manè jentaculum fuit sufficiens corporis refectio, vel insufficiens; si primum, tunc intermissio prandio contentus esse debet vespertina collatione; si secundum tunc jentaculo illo matutino pro collatione reputato, poterit, intermissio omnino prandio, noctu cenare, vel in meridie se reficere.

319. Quæritur. Quanta esse debeat quantitas cibi permitta in serotina Collatiuncula?

Resp. Modica, ne cenula in cernam transeat, in qua exceditur, quando id quod sumitur notabiliter majus est quarta parte eius quantitatis, quæ ad integrum cænam sufficeret, unde DD. eam taxant ad octo circiter uncias.

330. Quæritur. Quomodo se gerere debeat Confessarius cum pœnitente, qui se accusat jejunium fregisse?

Resp. Debet interrogare, quoties violaverit, an cibis vetitis, & quoties in dies istos comedetur; an obstrictus ad jejunandum fuerit etiam ex voto; an aliquornm scandalo; an alios ad jejunium violandum induxe-

duxerit, & quot, & quoties; an crediderit, jejunium ab Ecclesia non posse præcipi, quia in isto casu esset hæreticus; an docuerit, frangentem jejunium non peccare mortaliter, nisi ex contemptu, vel inobedientia hoc faciat, quod Alexand. VII. sub censura reservata prohibuit asserere.

321. Quæritur. An qui in die jejunii sæpius modicum qui comedit, si notabilem quantitatem in fine comederit, frangat jejunium?

Resp. Affirmativè, ut patet manifestè ex decreto Aleand. VII. damnantis prop. 29. ratio est, quia licet universim quoties aliquid prohibetur sub gravi, ratione partitatis materiæ hic, & nunc adversus tale præceptum peccetur solum venialiter; graviter tamen peccatur quando ob multiplicationem materiarum parvarum devenit ad materiam notabilem ab eo præcepto prohibitam, dummodo in illa ultima materia perva advertatur, quod cum reliquis præteritis materia notabilis consurgat; ergo in nostro casu peccatur graviter quoties in die jejunii sæpius modicum comeditur, ita ut in fine deveniatur ad materiam gravem, jejunii præcepto prohibitam; sicut non alia de causa peccatur graviter in ultimo furtulo, quando sæpius modicum subripitur, ut docent com. DD. & constat ex prop. 38. inter damnatas ab Innoc. XI. ratio est quia eodem modo opponitur voluntati, & fini legislatoris materia notabilis prohibita, sive ea ponatur simul, sive per plures actus, qui in unum moraliter coalescunt.

322. Quæritur. An qui parum in die jejunii sæpius comedit, quantum sufficit, ne potus

dide.
scipi,
ocue.
mor.
dien.
L. sub
ii sæ.
bilem
at je.
ifelte
opof.
oties
par-
s tale
iter;
ulti-
deve-
æcce-
ltima
reli-
nsur-
viter
n co-
nate-
tam;
viter
nodi-
D. &
b In-
ppo-
nate-
ur si-
num
ie je-
t, ne
tus

potus alioquin necessarius noceat, jeju-
num frangat?

Resp. Negativè, quia cum sumatur per
modum medicinæ in valdè modica quanti-
tate, & ad vitandum damnum notabile,
non censetur ab Ecclesia prohiberi; secus
verò si quis comedat pluries parum, ne po-
tus noceat, ad quem invitatur ab amico,
si hujusmodi potus non sit necessarius; me-
ra enim amici invitatio ad comedendum,
aut bibendum non sufficit ad excusandum
à culpa invitatum in die jejunii; idem asse-
rendum de potionē dicta cioccolata.

323. Quæritur. An omnes officiales,
qui in Republica corporalirer laborant
sint excusati ab obligatione jejunii, quin
debeant se certificare, an labor sit com-
patibilis cum jejunio?

Resp. sententiam affirmativam expressè
damnavit Alexand. VII. cum propos. 30.
& meritò, quia si ob incommodum, quod
subeunt tota die laborando, omnes artifi-
ces deberent à lege jejunii eximi, debe-
rent à fortiori eximi, qui studiis vacant,
& qui ingenuas, & liberales artes exer-
cent, quippè qui sæpè majus incommodum
subeunt, quam scriptores, Notarii, filum
ex lana, vel lino nentes, Typographi, lite-
ras ordinantes, & alii hujusmodi, qui la-
borant corporaliter? illorum autem in-
commodum non censetur sufficiens ad eos
à jejunio eximendos, ergo à fortiori nec la-
bor istorum, cum sit compatibilis cum je-
junio, nisi causa legitima eos excuset.

324. Quæritur. Quinam excusentur ab
obligatione jejunii;

Resp. 1. Omnes, qui annum 21. non com-
pleverunt, si antea jejunare non voverunt,
vel

vel si pro pœnitentia eis jejuniū imposūtum non fuit. 2. Excusantur sexagenariū modo robusti, sani, ac validi non sint quia hi tenentur jejunare. 3. Excusantur infirmi, convalescentes, debiles, prægnantes, lactantes, laborantes, quorum labo-
cum jejunio non est compatibilis, & pau-
peres, qui necessariis carent ad unicam
sufficientem refectionem.

325. Non excusantur Advocati, Procuratores, Medici, Notarii, Scribæ, Pictores, A o natarii, Barbitonfores, Sartores, nec famuli sequentes dominum non valde gra-
vati laboritio doméstico, & generaliter omnes, quorum labor cum jejunio est mo-
raliter compatibilis, neque concionatores, Lectores, Confessarii regulariter excusan-
tur, nisi in aliquo casu particulari, de
quo DD.

326. Quæritur. An officiales, qui du-
bitant, utrum ipsorum labor sit cum jeju-
nio compatibilis, teneantur jejunare?

Resp. Affirmativè, nisi dubium depo-
nānt, nam posseffio stat pro præcepto, &
in dubio recurri debet pro dispensatione
ad Episcopum, Parochium, Confessarium,
vel Medicum: verum quidem est ex Ec-
clefiæ benignitate, ut à jejunio liberentur
fideles, non esse expectandum grave de-
trimentum, sed sufficere timorem ratio-
nablem, ac prudentem, non solùm detri-
menti gravissimi, puta, amittendi vitam,
sed etiam mali notabilis, ut si quis ex je-
junio impediretur ab operationibus sibi
consonis, ac debitiss.

327. Quæritur. An Caupones, & Ta-
bernarii vendentes, vel ministrantes ci-
bos, teneantur interrogare hospites, an
habe-

habeant justam causam non jejunandi ?
Resp. Negativè, sed debent præsumere quolibet esse memorem suæ salutis, & obligationis, adeoque eos habere justam causam cœnandi, vel se reficiendi, nam semper præsumendum est bene de proximo, nisi de opposito quis sit moraliter certus; qua propter interrogandi sunt à Confessario; an cibos vetitos in die jejunii obligatis ad jejunandum apposuerint? an scientes, eos se refecisse in prandio, cœnam paraverint, quando ex negatione rationabiliter non timebant, sibi eventurum grave damnum, vel si prudenter non credebant, quod negando, gravius Deum offendenter, evomendo plasphemias, & convicia? an id fecerint in contemptum legis, & cum scandalo, maximè infidelium.

328. Quæritur. An excusentur à lege jejunii, etiam diebus festis, in quibus non laborant, ii qui exercent artes manifestè laboriosas, ut sunt Agricultores, Ferrarii, Lignarii, Fossores, & similes?

Resp. Aliqui putant, tunc solùm excusati, quando ex præcedentibus laboribus experiuntur lassitudinem, aut ad laborem sequentis diei minus apti redduntur? Alii verò absolutè eos liberant à jejunio, quia in ipso labore improbo istorum artificum imbibitur lassitudo, & debitas indigens virium refectione, aliter aditus aperiretur scrupulis, & anxietatibus; utrumque est probabile, in dubio etiam ex declaratio- ne, seu privilegio Eugenii IV. excusantur.

329. Quæritur. An excusentur a jejunio omne illi, qui iter agunt equitando, utcumque iter agant, etiam si iter unius diei confiant?

Resp.

Resp. Constat ex decreto Alexandri VII. damnantis propos. 31. non excusari, ratio est, quia lex jejunii obligat quoties sine magno incommodo potest jejunium servari, sed proculdubio passim sine magno incommodo servari potest jejunium ab iter agentibus, præsertim si curru, aut equo commodo iter habeant, & iter sit paucorum dierum, ut experientia testatur, & communiter DD. advertunt, ad summum posse eximi à tali obligatione eos, qui iter agunt pedestres per magnam diei partem, vel curru, aut equo incommodo iter habent diuturnum, videlicet per octo, aut decem dies, dummodo iter ex honesta causa assimilatur, & non in fraudem jejunii; ergo nullatenus eximendi sunt ab onere jejunandi, qui utcumque iter agunt, quamvis non necessarium, & unius diei.

330. Quæritur. An quando iter est arduum, in quo ferè omnes multum defatigantur, ut est iter pedestre majoris partis unius diei, puta XVIII. vel XX. miliariorum plus, minusve, aut iter est equestre non paucorum dierum, si certum sit, aliquem sine magno incommodo posse etiam jejunare, teneatur ad jejunium?

Resp. Affirmative; si vero dubitetur, poterit ex communiter contingentibus probabiliter opinari, quod magnum incommodum fit reportandum, & tunc cessabit obligatio jejunii; ubi vero iter non sit arduum, ille tantum erit exemptus, cui constat ex propria debilitate, aut cœritudine magnum documentum esse reportandum; quod si de hoc etiam dubitetur, adhibendum consilium Medici, vel peritorum, aut petenda dispensatio, aliter jejunandum, quia stat in pos-

position
ex b
suffic
eade
bus,
scur.
33
si no
ne je
Re
nece
lae lu
die,
se ut
sit a
cusa
quia
id,
atqu
præ
imp
re j
vena
urge
re, l
ex b
clesi
bend
hoc
cessa
eo d
imp
dien
frau
nest
obl
ex je

possessione præceptum, nisi detur forte rationabilis timor mali gravis, qui pariter ex benignitate Ecclesiæ, ut dictum est, sufficiens est ad deobligandum à jejunio; eadem doctrina servanda est pro venditoribus, qui tota die per vicos, & plateas discurrent, merces suas vendendo.

331. Quæritur. An iter alioquin arduum, si non sit necessarium, excuset ab obligacione jejunii?

Resp. Neminem posse arripere iter non necessarium, aut aliter defatigari, v. g. pilæ ludo, aut hastiludio; vel venatione eodie, quo urget præceptum jejunii, præcisè ut à jejunio deobligetur, cum nemo possit apponere impedimentum directum excusationi præcepti jam urgentis, ratio est, quia qui præcipit finem, præcipit etiam id, quod est necessarium ad talem finem, atque adeo Ecclesia præcipiendo jejunium, præcipit etiam, ne apponantur liberè hæc impedimenta; nec dicas, hominem habere jus ad iter habendum, ludendum, venandum etiam eo die, quo præceptum urget, atque adeo posse licetè iter arripare, ludere, venari in fraudem jejunii, nam ex hoc ipso, quod præcipiatur ab Ecclesia jejunium, cessat jus ad iter illud habendum, venandum, ludendum, sicut ex hoc ipso, quod præcipiatur auditio sacri, cessat jus, seu libera facultas manendi domi eodie, cum teneatur quilibet legitimè non impeditur adire Ecclesiam ad sacrum audiendum; si verò hæc fiant raro, & non in fraudem jejunii, sed directè intendatur honesta, & licita recreatio, cessabit jejunii obligatio si rationabiliter dubitetur, quod ex jejunio grave nocumentū reportandū sit.

332. Quæ-

332. Quæritur. An itinerantes, si in capponiis hora meridiana, non reperiant cibum sufficientem, teneantur cœnulam servitam sumere meridie, & cœnam differt ad tempus nocturnum, an vero sint à jejunio liberi?

Resp. Teneri ad jejunium servandum transferendo cœnam ad tempus nocturnum, nisi per accidens à nimia defatigatio ne excusentur; cum enim ratio jejunii bene consistat, etiam si manè cœnula sumatur, ideo quamvis sine causa non liceat circa veniale cœnulam sumere manè, in calce nostro datur causa sufficiens, ut etiam circa veniale manè sumatur.

333. Quæritur. An consuetudo non comedendi ova, & lacticinia in quadragesima obliget sub mortali?

Resp. Affirmativè, ut constat, tum ex jure cap. *Denique dist. 4.* tum ex decreto Alexand. VII. damnantis prop 23. (quamvis id in proscriptione non exprimatur) ista est communis fidelium persuasio, & communissimus Theologorum sensus, quo obliget graviter, propterea qui docere post hanc propositionem damnatam, consuetudinem istam obligare tantum subveniali si minus explicitè contradiceret definitioni Pontificis, implicitè certè contradiceret.

334. Quæritur. An dispensatus ad ova, & lacticinia teneatur jejunare?

Resp. Affirmativè, ratio est, quia cùm abstinentia ab ovis, & lacticiniis non spectet ad essentiam jejunii, sequitur, quod dispensatus ad ista, teneatur jejunare, nisi rationabilis causa eum excusat.

335. Quæritur. An ovorum, & lacticiniorum

in cap-
ant c-
m sero-
lifferr-
t à jeju-
randum
noctur-
igatio-
unii be-
a sumi-
ceat ci-
in cali-
iam c-
non co-
dragell-
tum ei-
to Ale-
guamvi-
ur) &
fio, &
us, quo-
docere
, con-
m sub-
diceret
tè con-
id ova-
ia cùm
on spe-
, quod
re, nifi
lactici-
nio-

niorum usus interdictus sit etiam diebus Dominicis occurrentibus intra Quadragesimam?

Resp. Esse interdictum eorum usum, tum ex vi consuetudinis legitimè prescripte, tum ratione precepti ex cit. cap. Denique, in quo precipitur etiam in dictis Dominicis abstinentia a lacticiniis, quamvis in illis non extet preceptum jejunandi.

336. Queritur. An in diebus Dominicis liceat jejunare?

Resp. Per se loquendo licet, per accidens verò illicitum esse potest, vel ratione finis mali, & superstitionis, vel contemptus Religionis catholice, idcirco ad evitandum errorem Manicheorum, & Priscillianistarum, qui in contemptum Resurrectionis Christi, quasi vera non esset, jejunium die dominico precepient, Sacri canones cap. ne quis jejunet dist. 3. de consecrat. Galibi, jejunium die Dominico interdixerunt.

337. Queritur. An dispensatus ad carnes in Quadragesima, possit tutta conscientia illis uti in diebus veneris, sabbati, quatuor Temporum in ea incidentibus?

Resp. Negativè, sed eget expressa licentia specificante illos dies, ut habetur in decreto SS. D. N. Clem. XI. die 24. Febr. 1702. publicato, ubi dicitur: Animadvertisant Medici, & qui licentiam petunt; ut attendant qualitati carnium, scilicet quod sint salubres, quia hec solùm permittuntur in quadragesima his, qui ex justa causa negueunt vesci cibis quadragesimalibus; quod si necessitati potest subveniri per ova, & lacticinia, nec Medici debent permettere, nec fidiles adhibere carnes, etiam salubres.

Qui

Qui verò toto anni tempore abstinent à carnibus diebus veneris, & sabbati, quatuor temporibus, necnon vigiliis de præcepto, multò magis si prædicti dies incident in quadragesima, debent abstinere à carne, nisi nova superveniens causa aliud exigat: cumque super hoc nequeat stabiliri regula fixa, & determinata, debet quisque primò considerare suam necessitatem suasque indispositiones, ita ut non sint affectatae; cum redditur sint rationem Deo; coram quo nihil valebunt licentiae ex causis vel suppositis, vel ficti: Hæc Decretum.

338. Quæritur. An extra quadragesimam in jejunis de præcepto ova, & lacticinia interdicantur?

Resp. Quamvis jure communi ova, & lacticinia in jejunis de præcepto extra quadragesimam non interdicantur, ubi verò consuetudo ea non comedendi est immemorabilis, prout est consuetudo pro tempore quadragesimæ, ut communiter fideles eodem modo à lacticiniis abstinent in iis jejunis non ex ignorantia, sed ex communis persuasione, quod detur ista obligatio, proculdubio ea erit graviter obligatoria, quamvis ignoretur, utrum fuerit introducta à populo animo se obligandi; si verò de hac circumstantia dubitetur, probabile est, eam saltem sub gravi non obligare, quia in dubiis melior est conditio possidentis.

339. Quæritur. An habens facultatem comedendi ova, & lacticinia diebus jejuniorum, possit etiam comedere sagimen, & laridum?

Resp. Negativè, nisi forte in aliqua regione ratione inveteratae consuetudinis permittatur, & in aliquibus Provinciis pro-

propter oœi penuriam introductum est, quod sagamineuti, possint pro oleo, etiam iis diebus, quibus tenentur ab ovis, & lacticiniis abstinere, quod cum fiat (scientibus, & tacentibus Prælatis) qui in hoc possunt dispensare, censentur in hoc dispense.

340. Quæritur. An Catholicus existens in Hæreticorum, & Turcarum locis, possit licetè in diebus jejunii de præcepto carnes, & lacticinia comedere?

Resp. Negativè, si comedio illa, data opera, proponeretur ad cognoscendum; quis esset Catholicus, & quis Infidelis, aut in contemptum Ecclesiæ, vel ex ea sequetur grave scandalum, si verò non ad hunc finem proponeretur, & alias grave damnum sibi ex non comedione immineret, licetè posset ea comedere; verum si nihil mali timeretur, & alii cibi non deessent, neque in secreto posset ea comedere, quia nullus excusatur à lege Ecclesiastica, præcisè, quia est inter infideles, cum leges communes Ecclesiæ sequantur non locum, sed personam.

IGNORANTIA.

341. Quæritur. An ignorantia invincibilis juris naturæ excusat à peccato formalí operantem ex ipsa?

Resp. Affirmativè, contra Novatores cum Jansenio docente peccatum ex ignorantia invincibili juris naturalis patratum esse formale, & non merè materiale, quorum falsa doctrina expressè damnatur ab Alexandro VIII. cum propos. 2. in secundo Decreto, rat o est, quia ignorantia invinci-

H bi-